

replanbas / et eode modo ceterorū singulū. at voluptas: ipas perficit opationes. perficit igit et ipm vivere: quod ipi appetit. cum ratione igitur voluptatē affectant omnes: siquē ipa vntutū / q̄ vivere perficit / quod expectibile est. sed hoc in loco querere vtrum ob voluptatē vivere expectemus: an voluptatē ob viue- re nullum impediētiā faciamus. cōtra etiā hec sunt / neq̄ separatiōe abinuicē admittūt. nam / si sine opatione non sit voluptas: et omne opationē ipa voluptas perficit.

Habe et specie voluptates differre vidēt. **H**āc ea que sūt diuersa specie /a Cap. V diuersis perfici putam. Sic enī vidēt / et ea q̄ a natura / et ea que ab arte oficiūt. vt aialia / arboros / pictura / statua / dom' / vas / et similia. similitur igit r opationes differētes specie /a differētib' specie pficiunt. opationes autē mētis / ab opationib' / sensus: et he rur- sus inter sese differūt specie. igit et voluptates q̄ ipas perficiūt. **H**oc aut et ex eo patēbit: q̄a vnaqueq̄ voluptas est. si p̄pria opationi / quā perficit. p̄pria enī voluptas auget opationē Qui nāq̄ cum voluptate operant' / singula magis discernūt / atq̄ exactius cōprehendūt. velu ti geomētre sūt qui geometrica gaudēt contēplationē: magisq̄ intelligūt singula. Similitur et qui musicā amant / et qui eodū extruendārū delectant' arte / ceterorū singulū oēs in opere. p̄- ficiunt. p̄prio: hoc ipō se oblectātes. voluptates igitur auget opationes. at ea que auget: p̄- pio sua igit. que vero diuersis specie p̄pria sunt: et ipsa diuersa specie sunt. **H**ec etia magis hoc ex eo videbit' ita esse: q̄a voluptates que a diuersis sūt / impedimētō sūt opationib'. Qui nāq̄ sūt siles delectant' / nequē mētē sermōibus adhibere / si quēpiā audierit modulāte: ma- gis modulādū gaudēs arte / q̄ opatiōe p̄fen. voluptas igit ea q̄ a modulādū facultate poit: opationē q̄ est circa sermōis corūpit. hoc idē et in ceteris euenire vsu vidēt: cū circa duo si- mul quisp̄a operat'. Operatio namq̄ iucundior alteram excludit. et si multū voluptate p̄cedat: magis extrudit: atq̄ adeo ut neq̄ op̄ref p̄ illā. Quocirca cū vebemētē aliquate gaude- mus / non multo aliud agimus: et alia facimus: cum parum nobis alia placēt. ut et in specta- culis: qui bellaria vult / tum id maxime faciunt: cum viles sunt qui contēdūt. **L**um igitur p̄pria queoam voluptas exactas opationes reddat: et diuturniores: ac meliores efficiat / alieno vero et tenuent: atq̄ corumpant: constat ipsas inter sese vehementer distare. **A**lie- ne namq̄ voluptates id fere quod p̄prio doloze efficiunt. Et tēni p̄prio doloze opati- ones ipsas corūpūt. ut si huic scribere: illi rationem subducere iucundū est / atq̄ molestū: hic nō scribit. ille rationem non subducit: quippe cum doloze afferat opatiō. **L**irca igitur opatiōes cōtrariū a p̄prios voluptant' / et doloze / accidit. atq̄ voluptates / doloze sive p̄prios sūt / q̄ in opatiōe p̄ se ipsa sūt. Alienas vō voluptates dicit' eo q̄ simile q̄ / atq̄ ipsi doloze efficiūt. corūpūt enī et si nō sūt opatiōes. **L**ū aut opationes p̄bitate differāt atq̄ iprobī- tate: et alie quidē sūt expectēde / alie vero fugiēde / et alie neutre: similit' sese habēt et volupta- tēs. nā vnicūq̄ opatiōi est. p̄pria queoā voluptas. que igitur studiose p̄pria est: ea r proba / que vero p̄prie: ea est ip̄roba. **E**t enī et cupiditates honestarū quidē laudabiles sūt: turpiū vero vituperabiles. **A**dgis aut. p̄prie sūt opatiōib' voluptates que sūt i ipsis: q̄ ipse cupidi- tates. he nāq̄ se iūte sūt: et tēpous / et natura. ille vero p̄prie que sūt opatiōibus / atq̄ adeo in iustitie vt cōtēno sūt: si idē sit opatiō / et voluptas. nō tamē ipsa voluptas mētis. est videri turm / neq̄ sensus. est enī absurdū. sed quia nō separāt: idē quibusdā vidēt. **E**t sic igitur opatiōes sūt diuersis: sic et voluptates. differt aut visus a tactu puritate: et auditus / ac odorat' a gustu. Similit' igit et voluptates differūt. et ab his ite me que sūt mētis. et he rursum dif- ferentiā inter sese suscipiūt. **E**t idē aut vnicūq̄ aialū r. p̄pria queoā est voluptas: sicut et opus. est enī ea que comitat' opationē. In singulis enī intuenē ita esse videbit'. alia nāq̄ vo- luptas est equi / alia canis / alia hoīs. quē admodū et Heraclitus dicit: afinū stramina magis optare q̄ aurū. afinis enī pabulū auro iucidi' est. **V**oluptates igit ee q̄ sunt diuersorū specie / differūt specie: eas vero q̄ sūt eodē / cōstentē est rationi diuersas nō esse. **I**n hominibus autē non mediocriter discrepāt. Eadē enī alios doloze afficiunt: alios delectant. et alios quī- dem molesta sunt / odioq̄ habētur: aliis vero iucunda / ac amabilia sūt. hoc et in dulcibus ac- cidit. non enī eadē dulcia febicitant' atq̄ sano vidēt. neq̄ calidū idē infirmo / atq̄ optimā habitudinem habentē videtur. Similitur et in aliis accidit. **I**n omnibus autem talibus idē est tale vidēt: q̄ si hoc recte dicat: quē admodū r videt' r est: atq̄ vlt' r bon'

hoc ipso quo talis est / omniū est mensura: erunt et voluptates profecto que huic videntur / et iucunda quibus gaudet ipse. Atq̄ non mirum est si ea que huic molesta sunt: alii videntur esse iucunda. multe namq̄ corupte / et deprauationē q̄z hominū sunt. iucunda autē non sunt: sed his / et ita dispositis. **E**t eas igitur que sunt sine controuersia turpes: costat non esse dicē- dum voluptates esse / nisi corruptis. earum vero que probe videntur esse / qualem aut quam vī- centium est hominis esse / an ex opationibus constat: has enim ipse voluptates sequitur. Sive igitur vna sit: siue plures opationes perfecti viri / atq̄z beatī: ee voluptates / que has per- ficiunt: p̄prie dicendū sunt hominis voluptates. cetero vero se dūdo / et p̄parū: quem admo- dum et opationes.

Quinti capitis note. **Q**ue specie differentia perficiūt: specie differentia esse: intelligit' / ac applicat' ad p̄ficionē p̄prias: non aut cōmunes. **B**ellaria / herbe que secundis mētis apponunt' / q̄ antiquis bellatoribus (vt volunt) oportune essent.

Quintū cap. tribus cōclusionibus / et vno correlario partitum est.

Quinti capitis cōmentarius ad litterā. **P**rima cōclusio. Voluptates inter se specie differūt. **P**ri- mo quia voluptates ea perficiūt: que inter se specie differūt. que autē specie differētia perficiūt: ita quoq̄ specie differētia sunt: vt declarāt ea que a natura / et que ab arte sunt: vt animalia / plante / pictura / statua / domus / vas et similia. igitur eodē / similiq̄ modo specie differunt: que opationes inter se specie differētia perficiūt. ar opationes mētis ab opationibus sensus: / rursum opationes sensum inter se spe- cie differūt. igit' voluptates que illas pficiūt. **S**ecundo quia vnaqueq̄ voluptas ei opationi p̄pria est: quae hinc cognoscitur / q̄ qui cum voluptate operātur: singula magis discernūt' / exactiusq̄ cōprehendunt omnia. vt geometre sunt: qui geometrica contēplationē gaudent / magisq̄ intelligūt singula. / et musici: qui musica amant. et architecti: qui in architectura / eodū extruendārū delectantur arte. et ceterorū singulū omnes in p̄prio pficiuntur opere: hoc ipō sese oblectātes. voluptates igitur auget opationes. ar que auget opationes. p̄pria sunt. que autē diuersis specie. p̄pria sunt: et ipsa diuersa specie sunt. igitur vo- luptates inter se specie differunt. **T**ertio voluptates specie esse differentes: hinc vnicūq̄ apparet. quia delectationes que a diuersis. pficiuntur opationibus: sibi vicissim impediētes sunt. vt qui siltus delectatur: si siltularū sonum exaudiāt: nō possunt sermonibus mētē adhibere: magis modulāto- ne gaudentes / q̄ present' sermonis occupatiōne. voluptas igit que ex modulādū / faciente enāctur: ope- rationem (que circa sermōe est) impedit: ac corūpit. et hoc idē in ceteris ita vī euenire cōpētum est: quotiens circa duo simul quisp̄a occupetur. iucundio: enī earum opatiō: alterā extrudit. que si plurimū voluptatis excellentia p̄cellat: magis extrudit: et interdū adeo vt nichil p̄rios per eam operetur. **Q**uo sit vt cum aliqua re vehementer gaudemus: nō multo aliud agere valeamus. et alia facimus: cum parū nobis alta placēt. vt in spectaculis gladiariorū: qui bellaria eunt / tum id maxime faciunt cum viles et in- generosi sunt pugiles qui decertant. cum ergo p̄pria queoam voluptas opationes exactas reddat / et diuturniores / melioresq̄ efficiat: aliene aut extenuent / atq̄ corūpūt: non est obscurum / voluptates ipsas inter sese vehementer distare. **Q**uarto. Aliene voluptates id fere faciunt: quod et p̄prio doloze efficiūt. p̄prio enī doloze opationes ipsas corūpūt. vt si huic scribere iucundū / molestūq̄ sit: illi vero soppu- tando / rationem exigere. neq̄ hic profecto scribit: neq̄ ille sopputando rationē exigit: quia illis doloze talis afferat opatiō. itaq̄ sit vt circa opationes a p̄prios voluptatis / p̄prioq̄ doloze cōtrarium accidit: sunt enī voluptates / dolozeq̄. p̄prie: qui in opatione nō per opationē alterā sed per illā ipam sunt. **L**um itaq̄ simile efficiat aliene voluptates / vt et ipsi doloze. p̄prie: nichil ab re fuerit: ea specie inter se distare. quas et alias hoc ipō dicimus: quod simile quid / atq̄ ipsi doloze efficiunt. corūpūt enī ope- rationes: et si nō omnino similitur. **S**ecunda cōclusio. Voluptatū queoā sunt: probe. queoā vero turpes / ac fugiēde. **T**ertio quia opationes p̄bitate differūt / atq̄ improbitate: sunt enim opationū que dam expectēde / alie vero fugiēde / et alie sunt neutre. ergo similit' sese habent / et voluptates. nam vnicūq̄ opationi p̄pria queoā est et voluptas. que igit' opationi studiose p̄pria est: et ea proba est. que vero opationi p̄prie / et ea quoq̄ proba / turpis / atq̄ improba est. **S**ecundo cōcupiscentie honestarū opati- onum probe sunt / et laudabiles: turpiū vero p̄prie / illauidabilesq̄. tanto magis igitur voluptatū queoā sunt probe: et laudabiles: alie vero illauidabiles: atq̄ impobe. nam voluptates magis affines / atq̄ opati- onibus quibus assunt: ipse cupiditates. quāo quidē cupiditates ab opatiōibus: et tempōib' / et natura seuuncte sunt: voluptates autē semp affecte / opationūq̄ comites. et adeo inopiū / inuisitētes videntur: vt cōtēno sit / si ne idē operatio ac voluptas. nō tamē mētis voluptas ipa opatiō esse vide- tur: itidē neq̄ voluptas sensus ipa sensus opatiō. id enī putare absurdū est. sed quibusdā ipa voluptas opatiōi / cōtra idē esse videtur: quia ab opatione non separatur. manifestum igitur est quādam voluptates probas esse: quāsdā vero illauidabiles. **T**ertio quia vt opationes sunt diuerse: ita et volu- ptates diuerse apparet. nam vt opatiō visus / differt ab opatiōe tactus puritate: similit' opationes au- ditus ac odorat' / puritate / ab opatiōe gustus. ita quoq̄ voluptas visus / r voluptas tactus: r voluptas au- ditus ac odorat' / a voluptate gust' puritate differre vidēt. r voluptates mētis a sensū voluptatib': vno voluptas mētis / unā se sua discrimina fortūit. sit igit' recte vt voluptatū queoā sint. p̄prie: queoā vero ipobē / ac illauidabiles. **T**ertio cōclusio. Animarū specie differentia: differētes r specie sūt voluptates / et eas idē / cōmunes / specie q̄z consentiētes. Nam vnicūq̄ animalū. p̄pria queoā vidēt esse voluptas: quē admodū

et proprium opus. propria enim voluptas ea est: que propriam comitatur operationem / quod in singulis
 inveni per facile videbitur. alia namque voluptas est equi / alia canis / alia hominis. et quodammodo Iheraci
 tus dicit asinitis stramina potius optat / quam aurum. asinus enim pabulum / quod aurum iucundius est. ergo animantium
 specie differentes: differetes specie erunt et voluptates. et eas que sunt eorum: consumulibus ope
 rationum: consentaneum esse non esse spece diversas. **¶ Quarta conclusio.** In his voluptatibus non me
 dio criter diuerse sunt: imo longo distrepant intervallo. Nam eade alios doloze afficiunt: alios aut delectat. et
 que aliis molesta sunt: aliis uoluntate sunt: atque amabilia. quod et in vultibus reperit. non enim ea
 dem et sano: et febricitanti dulcia esse videtur. neque id esse calidum infirmo / et optimam valitudine habenti:
 et similiter in aliis rebus accidere cõperitur. varie igitur inter se voluptates diuerse: quod et in vultibus iudicat / et quale
 tunc: et bonum hoc ipso quo talis est: omnium esse mensuram. quod profecto recte dicitur dubium non est. igitur et voluptates
 sunt: que ipsi voluptates videntur / et illa vere iucunda quibus gaudet ipse studiosus. neque mirari quicquam debet:
 si ea que studioso molesta sunt / aut alicui videantur esse iucunda. nam multo corrupte / deperauationes hominum fi
 unt. et punde quod hec iucunda non sunt: his tamen huncque in modum deperauationis iudicant: nisi deperauatione
 Quomodo fit et voluptates que sine prouersa turpes sunt: minime voluptates dicende sunt: nisi deperauatione:
 sed earum que probe sunt: que sine iudicio dicuntur esse hominis esse: et operationibus istar. operationes enim ipsas:
 sequuntur voluptates. siue igitur perfecti / beatorum viri vna sit operatio: sed plures: et voluptates (que eiusque
 operationes perficiunt) dicende sunt: ppter peculiarias: atque omnium optime hominum voluptates. cetero vero
 operando loco: et perparum consensere sunt hominum voluptates: que ad modum et operationes.

¶ Actus autem que ad ipsas virtutes: ac amicitias: voluptatesque pertinent: de Lap. VI
o felicitate figura dicere restat: quippe cum sine humanarum rerum ipsam esse ponam? Si
 igitur ea que prius dicta sunt repererimus: oratione sane fecerimus breuiorē. **¶ Dici**
 mus itaque felicitatem habitum non esse. Inest enim dormienti per vitam: plantarum vitam viuenti / et
 in calamitatibus maximis constituto. quod si hoc non placet: sed ponendum est potius ipsam operatio
 nem esse quandam (vt prius est dictum) et operationum alie sunt necessarie et ob alia / alie per se
 ipsas sunt expetibiles: per se ipsam est felicitatem earum aliqua operatione esse: que sunt per se
 et non ob aliud expetende. felicitas enim nullius inuiget rei: sed est ex se sufficiens. **¶ Operatio**
 nes autem que per se sunt expetibiles: a quibus nichil preter operationem queritur. Tales vero
 videtur esse actus qui a virtute proficiuntur. honesta namque studiosorumque agere / ex his est
 que per se expetitur. et item ludorum qui sunt iucundi. non enim ob alia ipsos expetunt. damna
 namque ponis ex ipsis que comoda suscipiunt et corpus / et patrimonium negligentes. confugit
 aut ad talia oblectamenta et plerique eorum qui beati esse dicuntur. Quapropter apud tyranos
 in precio habentur ii qui in talibus oblectamentis sunt deetri. in his enim seipos prebent iucun
 dos que illi affectant. inuigent aut talibus. **¶ Videtur igitur he ad felicitatem pertinere:** ppter
 ea quod hinc vacat homines ii qui sunt in potestantibus constituti. At nullum fortasse signum ta
 les sunt homines. nam nec virtus in potestantibus: nec intellectus consistit: a quibus operationes
 studiose proficiuntur. **¶ Nec si illi cum sinceram / liberalemque voluptatem non degustarint / ad cor**
 poris confugiant voluptates: ppter ea putandum est has magis expetibiles esse. **¶ Et pueri enim**
 que apud seipos in precio sunt: prestabilissima esse putant. consentaneum igitur est rationi: vt
 pueris et viris diuersa preciosa esse videtur: sic et prauis et studiosis videri. **¶ Et igitur sepe di**
 cum est: et preciosa et iucunda sunt ea: que studioso viro talia sunt. vnicuique autem ea est ope
 ratio maxime expetibilis: que ab habitu proprio prodit. et studioso igitur ea que proficiuntur
 a virtute. **¶ Felicitas ergo non in lusione / tocoue consistit.** Item absurdum foret humanum finem io
 cum esse: et negocia multa molestiasue per totam vitam causa iucundi suscipere. Luceat enim fe
 re preter felicitatem alterius expetimus gratiam. hec enim est finis. **¶ Studere autem et laborare**
 gratia loci stultum. pfecto / minusque puerile esse videtur. Jocari vero vt stultis secundum sen
 tentiam. Anacharsidis: recte se habere videtur. Jocus enim requirit similes est. atque cum co
 tinue nequeant homines laborare: inuigent requiete. Non est igitur ipsa requies finis. sed eius
 gratia operationis. **¶ At vero vita felix in virtute videtur consistere.** hec vero vita cum studio
 est et in scriis: sed non in loco consistit. **¶ Atque ea que studiosa sunt / seruaue: prestabiliora ridicu**
 lis et iis que loco sunt. **¶ Et operatione tempore melioris et partis et hominis studiosi magis di
 cimus esse. melioris vero prestabilior: est: et ad felicitatem iam magis attinetis.** **¶ Scrii preter**
 ea quibus: et mancipium voluptatibus corporis: non minus quam optimus homo potest. at felici
 tatem nemo mancipio tribuit: nisi et vitam tribuerit studiosam. **¶ Felicitas enim non in talibus**

consistit modis viuendi: sed in operationibus que a virtute proficiuntur: vt prius etiam diximus
¶ Sexti capitis note. **¶ Quidam** potestatis vt plurimum prauis sunt: hoc facit ambitio / et dominandi cupiditas:
 que inuidios ad huiusmodi honorificos magistratus petendos: cogit esse impetuosos.
¶ Sexti cap. tribus conclusionibus: et resumptione aliquotum precedentium partium est.
¶ Sexti Capitis commentarius ad litteram. **¶ Prima conclusio.** Post exactam sermonem eorum que ab virtutes /
 amicitias / voluptatesque prinet: reliqua est de felicitate determinationis habitum operata suscipere.
 Nam felicitate humanarum rerum finem esse statuimus. ad quod breuiter sermone preteritum operati
 bis videtur. **¶ Secundum** est: felicitatem operatione quibusdam esse ponendam. **¶ Tertium.** operationum quasdam esse
 necessarias et ob alia / alias aut ob seipsas esse expetendas. **¶ Quartum.** felicitatem aliquam earum operationum
 esse: que per seipsas / et non ob aliud expetende sunt. nam felicitas nullius rei inuiget: sed est ex se sufficiens.
¶ Secunda conclusio. Actus qui a virtute proficiuntur: operationes sunt: per se expetibiles: sed actus
 cuncti. **¶ Nam** operationes que per se sunt expetibiles: a quibus nichil queritur preter ipsam operationem. sed actus
 qui a virtute proficiuntur operationes sunt: a quibus nichil preter operationem ipsam queritur. honesta enim studi
 osum agere / ex his sunt que per se expetuntur. actus igitur qui a virtute proficiuntur: operationes sunt: per se expeti
 les. et quodammodo iudicantur per se expetuntur. nam homines eos non ob alia expetunt. verum damna ex ipsis po
 tius recipiunt: quam comoda: et corpus / et patrimonium negligentes. **¶ Et ad huiusmodi ludorum delectationes co**
 fugiunt plurimi eorum: qui vulgo beati censentur. quapropter apud tyranos in precio habentur ii: qui in talibus
 ludorum oblectamentibus deetri sunt: atque comes. nam hi seipos prebent iucundos in his que ipsi tyranni sumo
 pere affectant. talibus enim viris ipsi tyranni inuigent. **¶ Tertio conclusio.** In huiusmodi ludorum vacationibus:
 minime humanas collocanoa est. he ludorum operationes: ppter ea ad felicitatem pertinere videtur: quod hinc in
 tenditur: hofes qui magnis in potestantibus / sunt constituti: sed huiusmodi hofes nullam iudicant debere esse. **¶ Quod**
 mo quia huiusmodi viris qui magnis in potestantibus sunt constituti: nec virtus: nec intellectus adest: a qui
 bus tamen studiose operationes proficiuntur. non igitur in lusione voluptates magis expetibiles esse: ppter ea quod in potestantibus
¶ Secundo non iudicatur putandum est corporis voluptatem magis expetibiles esse: ppter ea quod in potestantibus
 constituti (quonia ipsi sinceram / liberalemque voluptatem non degustarint) ad corporales confugiant. igitur nec lu
 dos (quos ipsi fecerunt) prinet ad felicitatem. **¶ Tertio.** pueri que apud ipsos in precio sunt: prestabilissima
 esse putant: viri quibus non putantur. igitur rationi consentaneum esse videtur: vt quodammodo pueris viris diuer
 sa preciosa esse videtur: ita quos et prauis et studiosis videri. potestatis autem plurimum prauis: verum vt sepe
 numero dicitur est) ea et preciosa et iucunda sunt: que studioso viro talia sunt. hec autem sunt: que a virtute profici
 untur. nam vnicuique ea operatio maxime iucunda ac expetibilis est: que a proprio proficiuntur habitu. studioso igitur
 ea que proficiuntur a virtute. non igitur felicitas in lusione / ludorum vacatione consistit. **¶ Quarto.** Absurdum
 esse humanum finem iocum existimare: et multa negocia / laboriosaque per totam vitam ipsius loci gratia suscipere.
 at oia in vita (preter felicitatem) alterius gratia / felicitatis scilicet / expetere debent. est enim felicitas finis: non igitur
 in ioco collocanda esse felicitas. **¶ Quinto.** Studere / et laborare gratia loci stultis / nimisque puerile esse videtur:
 in ioco collocanda esse sententia recte haberi: iocandus est vt iudeas. non est igitur iocus: humanus finis.
¶ Sexto locus requie similis est. cum enim continue hofes nequeat laborare: inuigent requie: in intermissione
 laboris. at requies operationibus ferre: humanus finis non est. sit enim operationis gratia. igitur nec iocus. **¶ Se**
 ptimo vita felix potius in virtute consistere videtur: quam in loco. nam vita que secundum virtutem est: in officio atque se
 ris veras. **¶ Octavo** quia que studiosa sunt: et seruaue: prestabiliora sunt ridiculis: et iis que pro loco / iocum
 gratia fieri solent. **¶ Nono.** tempore melioris: et partis et hominis operationis: magis studiosam dicimus. nam
 melioris prestabilior: est: et ad felicitatem plus habens momenti. at virtus melioris partis est: quam iocus. non est
 igitur iocus: hofis finis. **¶ Decimo.** preterea quibus (etiam velle mancipium) voluptatibus corporis: et non minus
 quodammodo optimus: frui potest. at felicitatem mancipio tribuet nemo: nisi et vitam eode tribuerit studiosam. non
 igitur felicitas in talibus viuendi modis: iocisque: qui ad voluptates prinet: corporales consistit. sed vt supe
 rius quos dicitur est in operationibus que a virtute proficiuntur.

¶ Quod si felicitas operatio est per virtutem: consentaneum est rationi per Lap. VII
q cam esse que est prestabilissima. hec autem eius fuerit: quod est optimum. Siue igitur mens
 sit hoc / siue aliquid aliud: quod quidem natura dominari videtur. ac imperare: et animad
 uersionem habere de honestis / diuinisque rebus: aut quia diuinum et ipsum est: aut quod eorum
 que sunt in nobis est diuinissimum: huius operatio per virtutem propria. ipsa felicitas fue
 rit: beatitudoque perfecta. Dicitur est autem ipsam esse cõtemperantiam. **¶ Atque** consentaneum
 hoc et antea dicitur: et veritati videbitur esse. hec enim operatio prestabilissima est: quippe
 cum et mens sit eorum: que in nobis insunt: prestabilissimum: et ea circa que mens versatur: co
 gnoscibilium prestabilissima sint. **¶ Est** preterea continua maxime. Nam contemplari magis
 continere: quam agere quoduis possumus. **¶ Arbitramur** preterea felicitati voluptatem ad
 mixtam esse oportere: iucundissimum autem operationum virtutum / est ea habere dubie que per
 sapientiam prodit. Itaque philosophia mirabiles tum puritate / tum firmitate: voluptates habere
 videtur. atque consentaneum est rationi: scientibus quam querentibus oblectamentum ipsum iucun
 dius esse. **¶ Ipsa** quoque sufficientia / maxime fuerit in contemplatiua. Nam et sapiens: et
 n.iiii

iusus et ceteri rebus iis indigent que necessarie sunt ad vitam. sed si satis his talia ad sunt: iustus quidem eorum indiget ad quos et cum quibus egerit iuste. et temperans item. ac fortis. et singulari ceterorum. at sapiens si solus etiam sit contemplari potest et quo sapiens est: eo magis potest: melius autem fortasse si habeat adiutores. attamen sufficientissimus est ipse. **P**roterea propter seipsum amari sola videtur. Nichil enim ab ipsa sit preter hoc contemplationem in se esse. at cum agimus: preter ipsam actionem aut plus aliquid aut minus sequimur. **C**onceditur etiam in ocio felicitas ipsa consistere. **N**egotia namque suscipimus: vt oicum habeamus: et bellum gerimus: vt in pace degam. **O**perationes igitur actiuarum virtutum: ciuilibus aut bellicis in rebus versantur. actiones autem que in his versantur negotiose esse videtur: atque bellice quidem et omnino. nemo namque bellum expetit gerere: gerendi gratia bellum: neque bellum ob bellum parat. videbitur enim crudelis quidam atque sanguinolentus penitus esse: si faciet amicos hostes vt pugne: cedatque fiant. At et ipsius ciuilis negotiosa est: et preter ipsam ad administrationem: potestates comparantis atque honores: aut felicitatem sibi ipsi et ciuibus. que quidem diuersa est a ciuili et qua querimus vt diuersam. Si igitur ciuiles quidem et bellice actiones: ceteris actibus qui a virtutibus proficiunt pulchritudine: magnitudineque precellunt: he vero negotiose sunt: atque alique finem affectant: et non propter seipsum sunt expetibiles. mentis autem operatio et studio antecellere videtur: cum contemplatiua sit: et preter seipsum nullum affectare penitus finem: habereque voluptatem. **P**ropterea que quidem operationem ipsam exauget: sufficientiam insuper: oicum: defatigationis vacuitas et humana et quecumque alia vito tribuunt beato: per hanc operationem illi inesse videntur: perfecta felicitas hominis fuerit. **H**ec. **P**fecto. **S**upertia longitudo vite perfecta. Nichil enim felicitatis est imperfectum. **T**alis autem vite superat hominis naturam. Non enim hoc ipso quo homo est: ita viuet: sed quo est quid in ipso diuinum. **Q**uantum igitur hoc ab ipso composito differat: tantum et huius operatio distat ab ea que a virtute alia proficit. **Q**uod si mens diuinum ad ipsum hominem est: et vita que ab hac manat: diuina est respectu ipsius vite humane. **O**portet autem: non quemadmodum movent quidam humana nos sapere: cum simus homines: aut mortalia cum simus mortales: sed quoad fieri potest immortales nos ipsos facere. cunctaque efficere: vt ea vita viuamus que ab eo manat: quod est eorum que in nobis insunt prestabilissimum. **N**am tamen parum est mole: vt tamen et precio multum omnibus antecellit. **V**idebitur autem et vniuersum hoc esse: siquidem precipuum est et melius. **A**bsurdum igitur est: si non suam sed alicuius alterius expeteret vitam. **I**n insuper quod dictum est antea: nunc etiam accommodabitur. **Q**uod est enim natura vniuersi proprium: id optimum vniuersi et iucundissimum est. **E**t homini igitur ea vita que ab ipsa proficitur mente. siquidem maxime hoc est homo: hec ergo est et felicitissima vita.

Septimi capitis note. **I**n primo libro de actiua felicitate ad qua duodecim virtutes morales in toto ferme opere determinate: perducunt: et que est superioris partis animi felicitas: hic autem precipue de felicitate diuina ac contemplatiua: quantum in hac mortali vita coeceditur. ad qua sola perducit sapientia et que est superioris anime partis virtus perfectissima: que plus diuinis illustrationibus: quam mortali viribus: aut mens insinuat. et post euangelicam lectionem opera diuini Dionysii Breopagite ad huius altissimi vite initiationem creduntur valitura.

Septimi cap. vna conclusionem coeleptur.

Septimi capitis commentarius ad litteram. **C**onclusio. **P**artis contemplatiue operatio secundum propriam virtutem: felicitas est: que quidem contemplatiua dicitur: et que perfectissima est. **I**tem quia felicitas operatio est secundum virtutem: par igitur est vt sit secundum prestabilissimam virtutem. at optima virtus: eius est quod in nobis optimum est. optimum autem in nobis dicitur esse est ipsam contemplatiua partem: sive ea memoretur: sive quicquid aliud: quod quidem natura dominari: ac imperare videtur: et cura habere de bonis: et diuinis: quoniam autem ipse quid diuinum est: aut qua eorum que sunt in nobis diuinissimum est: igitur eius partis operatio secundum propriam virtutem: felicitas: beatitudoque perfectissima est. **S**ecundo id superioribus dicitur: ipsi veritati contentum esse videtur: quia partis contemplatiue operatio perfectissima est: nam et mens cuius ipsa est operatio: eorum que sunt in nobis: omnino est prestabilissimum. et non modo id verum sit: sed et circa quod ipsa mens versatur: cognoscibilis prestabilissima sunt. nimirum igitur si eius partis secundum propriam virtutem operatio: felicitas sit: et quidem perfectissima. **T**ertio hec operatio maxime continua est: et magis quidem quam partis actiue operatio. nam contemplatiua mens continet: que agere quocumque valeamus. **Q**uarto arbitramur voluntate felicitati contumacem esse oportere. at operationum virtutum proculdubio ea iucundissima est: que a sapientia: propterea contemplatiue partis virtute enascitur. videtur enim sapientia: ipsa diuina philosophia mirabilis: cum puritate: tum firmitate voluptates habere. neque quidem hoc ab re fuerit. quod quidem diuina interrogantibus magna assit voluptas: maior autem sciens: et ea sciens: querentibus. **A**utem. quia ipsa

29

sufficietia maxime in hac contemplatiua felicitate consistit. nam et sapiens et iustus et ceteris iis indiget que vite necessaria sunt: sed vbi talia assint sufficienter: iustus adhuc eorum indiget ad quos: et cum quibus agat iuste. et temperans: et fortis: et singulari reliquorum. verum sapiens etiam si solus fuerit: contemplari potest: eo quoque magis: quo et sapiens est. at nichil prohibet forte id posse melius: si habeat adiutores: nichil profectus tam e sufficientissimus ipse est: hec igitur contemplatiua felicitas perfectissima est. **C**onceditur. quia ipsius sapientie contemplatio maxime ipse seipsum amari vel sola videtur. nichil enim ab ipsa preter ipsam contemplationem: puenit. at vero cum agimus aliquid: nobis preter ipsam actionem: aut plus: aut minus acquirimus. **S**eptimo. ipsa felicitas in ocio: quiete atque tranquillitate consistere videtur. **N**am negotia suscipimus: vt ferias: oicumque habeamus. et bellum gerimus: vt in pacis tranquillitate viuamus. virtutem enim agibilium operationes sunt in ciuilibus: bellicisque rebus: et negotiose quidem sunt: et prolix que sunt bellice. at ille oicum tranquillitatis gratia peruenit. nemo enim expetet bellum gerere bellum gerendi gratia: neque quisque bellum ob bellum parat. crudelis nimirum ille quisque et crudelis: atque sanguinolentus penitus esse videbitur: si faciet amicos hostes vt pugne: cedatque fiant. et ipsius ciuilis honoris: aut sibi ipsi et suis ciuibus felicitatem parans. que quidem ciuili virtute felicitas: diuersa est a felicitate ciuili: et ab ea qua hoc in loco querimus. si ergo ciuiles et bellice actiones ceteris actibus qui a virtute proficiunt: et pulchritudine: et magnitudine precellunt: et negotiose sunt: atque ob aliquem finem: non autem ob se ipsas expetunt: tanto magis alie actiones. modo mentis operatio et studio precellere videtur: quam contemplatiua: et preter seipsum nullum penitus affectat finem: et propterea sibi coniunctam habet voluptatem: que ipsam operationem adauget: sufficientissima est: non negotiosa: et non turbulenta: sed in ocio et tranquillitate iucunda: et a fatigatione vacua quantum hominibus licet: atque coeceditur: et summatim quecumque alia vito tribuunt beato: homini per hanc partis contemplatiue operationem secundum virtutem inesse videntur. **P**fecta igitur hec operatio putetur hominis felicitas: dum modo sumpta sit in vite longitudo perfecta. nam nichil felicitatis macula imperfectis est. **S**ecundo quia hec felicitas sapientia: atque contemplatio vite: hominis superat naturam: non enim hoc ipso quo homo est ita viuet: sed quo quid in ipso diuinum est. quantum igitur hoc ab ipso composito differat: tantum et ceteris virtutibus distat ab ea que ab alterius virtute proficit. **N**ono mens alia composito differat ab ipse homine est: igitur et vita que ab hac manat diuina est: respectu rationis: habita ipsius humane vite. **H**ecque oportet quodammodo admonent nonnulli: humana nos sapere cum simus homines: aut mortalia: cum simus mortales: sed quoad fieri potest immortales nos ipsos facere: cunctaque efficere vt ea vita viuamus que ab eo manat: ac psumit quod omnino que nobis insunt prestabilissimum est. nam tamen parum est mole: vt tamen et precio multum omnibus antecellit. **D**ecimo. videtur vniuersum hoc esse: siquidem precipuum est: et melius. **A**bsurdum igitur est: si non suam sed alicuius alterius expeteret vitam. **I**n super quo et antea dicitur esse: huic etiam proposito accommodari licet. nam quod natura vniuersi: proprium est: id optimum: ac iucundissimum est: igitur homini ea vita que ab ipsa proficitur mente: optima: iucundissimaque: siquidem homo maxime mens ipsa. vita igitur secundum mentem felicitissima est.

Secundo autem est ea vita que a virtute alia manat. **O**perationes **Cap. VIII**
enim que ab hac procedunt humane sunt. nam iusta: et fortis: et cetera que a virtutibus proficiuntur: inter nos ipsos agimus: in commerciis: et necessitatibus atque actibus communibus: et item affectibus: vniuersi que seruantes decorum. hec autem omnia consistat esse humana. **N**onnulla autem et a corpore provenire videntur: et multum virtus motum cum affectibus videtur esse coniuncta. **C**oniuincta est etiam et prudentia: motus virtutis: et hec prudentie: si principia quidem prudentie a virtutibus ipsis emergant: rectum vero motus virtutum a prudentia manet. cum autem de se habere vt a se mutuo pendant: sintque coniuncte affectibus: circa ipsum compositum fuerint. at compositi virtutes humane sunt. quare et ea vita que ab ipsis proficiuntur: et felicitas humana est. **A**gentis autem est separata. atque tantum de ipsa sit dictum. exacte namque dicere proposito maius est. **V**idebitur autem et externa affluetia per partem aut minus indigere que moralis: opus est enim vniuersi que necessaris rebus. **A**tque sit equa: quaque circa corpus et res tales: ciuilis homo magis elaborat. parua enim differentia fuerit. in operationibus autem non mediocriter differat. **E**tenim liberali quidem ad liberalitatis operationes exercendas: et iusto ad retributiones pecunias opus erit. **C**oluntates enim non sunt manifeste. **S**imulat autem et qui non sunt iusti: agere iuste velle. **F**ortis autem opus est potentia: si agit aliquid eorum que a virtute proficiuntur. et potestate etiam temperant. quo namque modo aut hic: aut ceterorum quicquid manifestus erit. **Q**ueritur autem vtrum magis proprium sit virtutis: vtrum electio: an ipsi actus: quippe cum in vniuersi que virtus consistat. atque consistat in vniuersi que perfectum ipsum consistit. **A**d actus autem multum indiget: et quo maiores: pulchritudineque sunt: eo pluribus indiget. **A**t contemplati nullis huiusmodi rebus ad operationem est opus: quin et impedimento fere sunt ad contemplationem. **S**ed hoc ipso quo homo est: atque cum pluribus vniuersi: expetit ea que agere que a virtute proficiuntur. indiget: igitur talibus ad ea agen-

30

da que ad hominē spectat. Atq; felicitatē perfectā cōtēplatiū quāndā operationē esse hinc quoq; fuerit manifestū: deos enī maxime beatos esse putamus atq; felices. at quōsiā actus tribuere illis oportet: iustosne? An iudicium videbunt: si commutent: et deposita reddāt: et humilimodi cetera agant. At fortes ne: ppter ea q; formidolosas res sustinent: periculaq; subeunt honestatis ipsius causa? An liberales: at cumā dabūt? Abstrusū est insuper si numeros etiam habeant: aut aliquid tale. An temperantes: at quōndā fuerint. An laus sit inportuna si prauas oīi cupiditates non habere dicant? Ita per oīa discurrēt: cūta que sūt circa actus: parua quēdā et non digna diis immortalibus sane vident. At vero viuere ipsos viuicri putant. quare et operari. Non enim oportet illos (vt *Enydmionē* aūt) domire. *Cluēnti* igitur ei: cui actio et multo magis effectio non tribuit: quōndā aliud preter cōtēplationem restat: Quare dei operatio pcellens beatitudine: cōtēplatiua sine controuersia fuerit. et humanarum igitur operatio ea homo est sume felix: que illi maxime est cognata. *C* Signū est huius et aialia cetera felicitatis experia esse: tali penitus operatione priuata. Nam diis quidem tota est vita beata. talē habētib; operationē: hoibus aūt: quo ad ipsos talis opationis quēdā inest similitudo. An animalū ceteroū nullū proxius est felix. quippe cum nulla ex parte partiiceps sit cōtēplationis. Quousq; igitur cōtēplatio sese extēdit: eovsq; sese extēdit et felicitas ipa: et quibus cōtēplatio magis inest: iis et felicitas magis inest: nō per accidēs quidē: sed per ipam virtūz cōtēplationē. hec enī per seipam est pfectio. Quare felicitas cōtēplatio fuerit quēdā. *C* Est aut opus huius et pseritate externa cū sit homo. Natura nāq; ipa non est ad cōtēplandū sufficiens: sed et corpus sanū esse oportet: et alimēta: reliquūq; famularū adesse. *C* Nō tamē putandū est multis ac magnis ei opus fore: qui futurus est felix: si fieri nō potest vt sit beatus sine bonis externis. Neq; enī sufficiētia: neq; iudiciū: neq; actus in exuperatio ne cōsistit. sed fieri potest vt et nō picipes terre ac maris agant honesta. etenā a mediocribus facultatibus potest quispiā agere per virtutē. Atq; ito dare cernere licet. priuati namq; nō minus agere videtur res bonas: q̄ qui sunt in potestatibus cōstituti: imo etiā magis. Satis aūt est tot facultates habere. erit enī eius vita felix qui per ipam operatur virtutē. *C* Solon etiā bene fortalē de felicitibus sentit: qui quidē eos esse felices dixit: qui medio crites res habuerūt externas: et pulcherrimas res (vt putabat) egere: mox estq; viuere. Fieri enī potest: vt medio cū possidentes agant ea que agere oportet. *C* Videtur aūt et Anaxagoras: nō locupletem: neq; potentē felicem ipm existimasse: cum dixit se nō mirari si absurdus quidē multitudine videretur. hec enī res sentiens solū externas his iudicare tantū modo solet. *C* Solentane igitur nostris sentētis et sapientū opinionones esse vident. ateni habēt quidē et talia quāndā fide. *C* Cle ritas tamen in iis que in actionē veniūt et opibus iudicatur: et vita. In his enī pceptue certitudo veritatis cōsistit. cōsiderare enī oportet ea que antea dicta sunt ad opera referētēs: et vt tam. et si cōsona sunt opibus: acceptāda sunt. sin vero discrepant: vcrba sunt tantū putanda. *C* At vero qui mēte operatur: et eam colit: disponitur optime. is et amicissimus diis imortalibus esse videtur. Nam si diū curā humanarū rerū (vt existimatur) aliqua habent: rationi sane cōsentancū fuerit ipos eo gaudere quod est optimū: maximeq; sibi cognatū. hoc autē fuerit ipsa mens. et in eos qui maxime hoc amāt atq; honorāt: beneficia vicissim cōferre tamq; curā iis que sibi sunt cara: ac diligentā adhibentes: et recte: beneq; agētes. an cōstat hec oīa maxie sapientī inesse. amicissimus igitur sapiens ipse diis immortalibus est. eūde aūt conueniens esse et felicissimū esse. Quare sapiens hoc quoq; modo maxime fuerit felix. *C* De tunc capitis note. *C* Ex hoc loco quēstionē fundant: an actus exterior: aliqua pfectionē virtuti moralī adbat. Anaxagoras vt libere philosophare: omnes opes abiecit: et libere suis cōcessit: et aliū com plures ita fecisse leguntur. *C* Enydmion a poetis fingit dilectus a lunas et in mōsticē captus: quo liberris domitētis carperet oscula. *C* Priuati hoies res preclaras agere vident: pferunt in iis que ad cōtēplandū vitā pertinent: potius q̄ qui sunt in potestati: magnūq; dignitatibus cōstituti. vt *Thalues* hierothēus: *Bartholomēus*: et diuus *Dionysius*. *C* De tunc cap. quinz cōclusionibus partitum est. *C* De tunc capitis cōmentarius ad litterā. *C* Prima cōclusio. *C* Vita que ab actiua administratiuaq; virtute manat: secundū sibi vendicat locum. *C* Primo nam opationes que ab hac virtute. p̄ficiuntur: huius mane sunt. nam et iusta: et fortia: et cetera id genus officia: que ab administratiua virtutē p̄ficiuntur: inter nos ipos agimus in cōmērciis: in necessitatib; in actibus cōmunitibus: itē et in affectibus: vnicuiq;

30

deozū seruātes. hec aut omnia cōstat esse humana. at ea vita que a virtute cōtēplatiua prodit: atq; ena scitur: nōstrā est nō humana (sed viuina potius. merito igitur vita que a virtute administratiua prodit: fecitōas partes: secundūq; sibi vendicat locū. *C* Secundo in vita que ab actiua virtute: administratiuaq; moderatur: multa a corpore. puenire videtur. atq; multū virtus ipa morū: cum affectib; coozelōq; perturbationib; videb' esse cōiuncta. et cōiuncta est etiā pudētia: moris virtutē: vicissim virtus moris: prudenētia. nec iuria quidē. nam picipia pudētia a virtutibus ipis emergūt: rectū autē virtutū moris: ab ipa pudētia manat. cum ergo et pudētia: et virtutes moris ita sese habeant vt a sese multo pendeant: sintq; humanis affectibus affice: atq; cōiuncte: circa ipm cōpositū erūt. an cōpositū virtutes sunt humane. est igitur ea vita: eaq; felicitas que a pudētia et virtutib; morū p̄ficiuntur: humana. an mētis felicitas separata est. iure igitur actiue virtutis felicitas: et que humana est: secundū sibi vendicat locū. sed q; felicitas mentis separata sit: tantū de ipa victū hic satis sit. nam id exacte psequi: pposito maius est. *C* Tertio. mētis: cōtēplatiuaq; vita: externa affluētia perparū: aut minus indigere q̄ actiua: atq; moralis vita videb'. et q̄ ita est vt actiua: ciuilib; homo circa corpus et res tales magis laboret: esto tamē vt posueris et cōtēplatiua: et ciuilem eque externoz affluētia indigere: id parū ad id quod paramus referit: modicis admodū momētū est. nam in opationibus nō mediocriter differēt: sed plurimū. liberali enī ad liberalitatis opationes exercendas: et iusto ad retributiones faciēdas: pecuniis opus erit: cōtēplationibus aūt his ad ministratiua virtutē nō opus est. primas igitur partes: felicitas mētis sibi ad seclit: actiua vero fecitōas. *C* Quarto vita administratiua virtutis pluribus indiget: q̄ partis cōtēplatiue. neq; cōfert quicq; dicatur: vitam actiua in actibus volūtatis cōsistere: et p̄inde nō egere exteriorē opatione vt cōfert cōtēplatio. nam voluntates nō sunt manifeste: neq; in eis solis p̄ficiat administratiua vita. simulant enī et qui nō sunt iusti: age re iuste velle. verū forti opus est potētia: et robore: si quicq; eozū agere debeat: que a fortitudine p̄ficiuntur. et temperato itidē opus est eozū facultate circa que cōtingit temperantē: et in temperantē esse. quo modo enī aut temperatus: aut alioū aliquis manifestus erit: nisi circa extrinsecū operando. pberat et ideo quicquid soler virtū magis virtuti propiū sit ipa electio: an actus ipse: quasi in virtūq; ipa virtus cōsistat. et id cōstat atq; manifestum est: ipm p̄fectū in virtūq; cōsistere. ac ad actus ipos: multis indiget administratiua virtus. et quo maiorēs: pulchriorēq; sunt: eo et pluribus indiget. cōtēplatiua aūt nullis huiusmodi rebus ad sue cōrēplationis functionē opus est: verū potius ipocōmēto fere sunt ad cōtēplationis officii. vita igitur cōtēplatiua primū locū sibi defendit: actiua vero secundū. *C* Hec ab re enuenit vt ea quib; actiua indiget: cōtēplationis fere sint in p̄ximēto. nam invita actiua homo hoc ipō q̄ homo est: vult: et quāto cum plurius viuat: tanto magis ea agere exoptat que ab humana virtute. p̄ficiuntur. indiget igitur talibus: vt exterior facultatibus: ea ea que ad hominē spectant peragēda. *C* Quinto hinc licet cognoscere cōtēplatiua felicitatē perfectā admodum esse opationē: et primū sibi vendicare p̄fectionis locū: q̄ sup̄ambūanas mentes maxime beatas esse putamus: atq; felices. at ipis nullas actiones tribuimus. quateni actiones admīstrationē illis tribuere oportet: nōne iustas: sed ridicule forte: tum apparebūt ipse sup̄ambūanas mētēs: si cōmūtem: et deposita reddāt: et cetera id genus actionū efficiāt. fortes ne: et ito quidē absurdū: qua si res formidolosas sustineat: periculaq; subeant ipsius honestatis gratia. an liberales: sed cū nā tum dabantur: et ita per oīa discurrēt: cuncta que sūt circa actus: parua quēdā: et nō digna mētibus imortalibus sane vident. at vero ipa beatissima numina viuere: putāt viuicri si. quare et operari: nō enī oportet illa (vt *Enydmiona* fabulanē) domire: sed q̄ nā potius eis tribuimus: q̄ cōtemplari: operant enī cui actio et multo fortius effectio (que artis est opus) nō tribuitur: nichil preter cōtēplationē tribuendū relinquit. quare dei longe pcellēs beatitudine opatione: vita sine controuersia cōtēplatiua sit. ea igitur opatione inter opationes humanas: homo maxie felix est: q̄ illi diuine felicitati maxie est cognata: hec aūt ē cōtēplatiua igitur cōtēplatiua felicitas: sumū sibi p̄fectionis locū inter humanas opationes vendicat. *C* Sexto eius rei signū sunt cetera aialia felicitatis experia: tali proxius cōtēplationis officio priuata. nā sup̄ambūanis numinibus tota vita beata est: talē habētib; opationē. hoibus aūt quoad ad ipa talis quēdā inest opationis similitudo. at reliquoq; animalū nullū proxius felix est: quippe q̄ nulla ex parte sit cōtēplationis particeps. quousq; igitur cōtēplatio sese extēdit: eovsq; sese extēdere videt et felicitas. et quibus cōtēplatiua magis inest: felicitas magis inest: nō per accidēs quidē sed per eam ipam cōtēplationē. est enī cōtēplatio per seipam pfectio. igitur felicitas: vel maxie cōtēplatio quēdā est. *C* Secundo cōclusio. Felicitas etiā illa viuina: cōtēplatiuaq; felicitas: exterarū rerū. pseritate opus est. *C* Huiusmodi felix: homo est. homo aūt natura ipa nō est ad cōtēplandū sufficiens: sed et corpus sanū esse oportet: et alimēta: reliquūq; famularum adesse. *C* Tertia cōclusio. Si fieri nō potest vt quis beatus euadat sine bonis externis: nō tamē putandum est multis ac magnis ei opus esse: qui futurus sit felix. *C* Quarto quia neq; sufficiētia: neq; actus in magnis: exuperatib; rerū copiis cōsistit. verū fieri potest: vt qui neq; picipes terre: neq; maris sunt: agant honesta. nā a mediocrib; facultatibus: potest quispiā secundū virtutē agere. q̄ et clare cōspicere licet: quōd quōdē priuati hoies nō minus agere vident res preclaras: q̄ qui in potestati: sunt cōstituti: imo et magis. latius ergo erit tot facultates habere: que scilicet ad agēda sufficiēt. nā et vita beata erit: qui secundū virtutē operabit. que si sufficiēt ad agēda: tanto magis: et ad cōtēplandū. non igitur multis: ac magis facultatib; copiis et opus erit: qui felix futurus est. *C* Secundo. Solon de felicitib; in hoc recte sentit: videt: quidē eos felices esse dicebat: q̄ mediocritē res habuerūt externas: et qui res pulcherrimas: vt arbitrabat: habuerūt: modestēq; viuēt. fieri enī potest vt mediocritā possidentes: agant ea que agere oportet. *C* Tertio videt: idem sentisse Anaxagoras: neq; locupletē: neq; potentē felicē ipm existimā: fecit inquit se non mirari si absurdus quidē multitudine videret. nam multitudine solū res externas agno-

31

32

scens: ab his dicitur tubicū ferre solet. videtur itaq; nostris sententiis et sapientū opiniones cōsentaneas: nec ab re quidē. nam et talia fidem quandā habent. nō igit magnis exterrari rerū copiis: opus est felicit. **Quarta** conclusio. Veritas in iis que in actione veniūt: ex operib; iudicaf; vertuta. Nam in opationibus et vita: precipue certitudo veritatis cōsistit. cōsiderare ergo vos oportet ea que antea dicta sunt: et ad opera referre: pariter et vitā. et si cōsona sunt operibus: acceptā a sunt: et vita proba est: sin vero dīscerpant: verba tantū sunt putanda. **Quinta** conclusio. Sapientia: deo: imortalibusq; celi numinibus amicitissim; est: pariter et maxie felix. Nam qui mēte operatur: et eam colit: optime mēte disponit. at iis amicitissimus numinibus imortalibus esse videt. nam si imortalia numina rerū humanaz curam per existimatur aliquā gerunt: gerūt enī. rationi sane cōsentaneū est: ipa eo gaudere quod in rebus humanis optimū est: maximeq; sibi cognatū. hoc aut ipsa mens est. et cōsentaneū item est: in eos summopere qui mēte amant: coluntq; ac honorant: beneficia vicissim cōferre: tamq; curā eorū (que sibi sunt carā) ac diligentia adhibentia: et recte: beneq; agentia. At vero cōstat hec oia maxime sapiētī testē. sapiens igit deo / imortalibusq; numinib; amicitissimus est. et eundē cōsentaneū est felicissimū esse. quare et sapiēs hoc quoq; modo: maxie felix est.

Peroratio operis.

Cap. VIII

